

(3) *Nec Jupiter, nec Baal, nec ullus alius, sed solus Jehova est Deus verus, qui innotuit Patriarchis, Mosi, Prophetis populoque Israelitico.*

(4) *In hominis viribus nihil profusum reperiri potest, ad salutem faciens: non ipsimet: nec ex toto, nec ex parte minima: Jerem. X, 23. Eph. II, 1. 4. Phil. II, 12.*

(5) *Vocatio ad ecclesiam, regeneratio, unio cum grege pascui div. in solidum transcribenda divina gratis: Deut. VII, 8. IX, 4. Ephes. I, 6.*

(6) *De ovium attributis v. Joh. X, 4. seqq.*

(7) *De Judæorum gentiumque unione ad corpus unum, Joh. X, 16. Eph. II, 13. Ezech. XXXVII, 22.*

## USUS E VERSU IV.

(1) *Comparitio apud ovile vel inter congregatos Sanctos non potest inculcari nimium. præc. III.*

(2) *Non tamen sufficit stitisse corpus, inspicere gesticulationes sacrificuli, curiosè reliquias vel pretiosa lustrare donaria, sed opus est devotâ cordis meditatione, oris celebratione, confessione, benedictione. præc. I. & II. conf. Psal. XXII, 23.*

## USUS E VERSU V.

(1) *De bonitate Dei in L. de Deo: ibidemq.*

(2) *de Gratiâ æternâ, nec non*

(3) *de veritate infallibili. conf. Phil. I, 6.*

## PSALMI CI. DISPOSITIO.

*Integer amo integros. Tabula aulica. Princeps bonus.*

**D**Epingitur hîc Boni Principis imago, ita ut ejusdem fistatur officium I. erga Deum: (1) *canogratiâ & judicium: (2) tibi, Domine, psallam: v. 1. (3) observabo viam rectam, te veniente ad me: vers. 2.*

II. Erga proximum, subditos & ministros: (1) *in domo mea ambulo corde sincero: v. 2. (2) rem iniquam mihi nunquam propono: (3) facta declinantium odi: (4)*

*non adhærebit mihi tale quid: v. 3. (5) Cor perversum à me depelletur: (6) malum non agnoscam: v. 4. (7) excindo delatorem: (8) fastuosum ferre nequeo: v. 5. (9) Ingenuos, ut mecum habitent, conquiro: v. 6. (10) ministrabit mihi ingenuè incedens: ibidem: (11) fraudulentus in domo mea non tolerabitur:*

(12) *falsiloquus coram me non subsistet: v. 7. (13) Impios terræ mature ex urbe regnoque tollam: v. 8.*

## PSALMUS CI.

## EXPLICATIO VERSUS I.

**מוֹדַר**:) Continetur hîc votiva quædam sui ipsius obstrictio, quâ David certam quasi regulam præscribit sibi in conspectu Dei, secundum quam impotenter velit vivere, atque se suosq; subditos, juvante Deo, gubernare, quâ de causâ etiam mera futuri temporis verba per totum adhibentur psalmum, ut ne pharisaicam gloriationem, aut de benefactis jactantiam, sed seriam sui ipsius ad futuram pietatem atque in officio industriam tradi hîc sciamus obligationem. Conscriptum censet *Muis*, impetratò regnò in XII. tribùs, ex vers. 10.

**מוֹדַר gratiam:** ) quâ scilicet indigis munificè erogatur, miseris tempestivè succurritur, ex sincero affectu vel cordis compassione, & de stricto etiam rigidoque jure non raro remittitur, si delinquens respiscat; &c. Vide de hac voce *Psal. V, 8. XXXIII, 5.* (gratia Domini replet terram:) item *Prov. III, 3.* gratia & veritas ne deserant te, c. *XIX, 22.* appetentia hominis **מוֹדַר**, c. *XX, 28.* **מוֹדַר וְאִמְרָתוֹ** custodiunt regem & solium suum fulcit **בְּחַסְדֵּךְ** per clementiam.

**וְשֹׁפֵט וְשֹׁפֵט & judicium:** ) i. e. debitam causarum controversarum discussionem, prudentem decisionem, innocentium absolutionem ac præmiationem, reorum secundum statuta punitio- nem, &c. vide de interversione **שֹׁפֵט** *Cob. V, 7.* item *Psal. LXXXIX, 15. & XCVI, 2.* justitia & judicium basis throni tui: *Prov. XXI, 3.* facere justitiam & judicium acceptius Deo, quam sacrificia &c.

**אֲשִׁירָה cantabo:** ) h. e. palam ac honorificè

commemorabo, compositis in id hymnis solenniter decantandis, posteritatisque diligenter commendandis. Ita eodem hoc verbo passim utitur David, v. g. *Pf. XIII, 6.* **אֲשִׁירָה** Domino, quod bene fecerit mihi. *Psal. xxvii, 6. & LVII, 8.* **אֲשִׁירָה וְאִמְרָתוֹ** Domino. *Psal. LXXXIX, 2.* gratiam Domini in æternum **אֲשִׁירָה**, *Pf. CIV, 3.* **אֲשִׁירָה** Domino in vitâ meâ. *Pf. CVIII, 2.* **אֲשִׁירָה וְאִמְרָתוֹ** etiam gloria mea &c. Ex quibus aliisque locis, verbum hocce **אֲשִׁירָה** continentibus, elicitur, usurpari ipsum de actu cordis atque oris in Dei honorem instituto, ejusdemque beneficia palam cum gaudio commemorante, veluti & alterum **אֲשִׁירָה**, quomodo diserte etiam additur: *tibi Domine psallam.* Proindeque hæc gratiâ judicii que decantatio potius celebrationem divinorum operum ac beneficiorum, quam professionem futuræ clementiæ judicii que dextre administrandi complectitur, ita ut David è tot persecutionibus gratiosè ereptus, & contra tot iniquos hostes justò Dei judicio defensus, pollicetur perennem gratitudinem; quanquam imitatio ejusdem gratiæ judicii que divini meritò censetur simul tacitè inclusa tanquam gratitudinis debitæ documentum. De professione, qualem se regem velit David ad solium evectus gerere, benignum scilicet ac æquum, *Steph. Belgæ:* item *V. mariens'* ac si se exempli locò cunctis magistratibus velit h. m. proponere, item *Möllerus* de clementia judicio que regio, nec non *Kimchi, Aben Esra, Junius, Calvinus, Bucerus,* verum priori modo de clementia & judicio divinò, *Augustinus, Piscator, Muis, (NB) Chaldæus, Sa-* idque non immeritò; propriam namque vel humanam veritatem atque gratiam nunquam aliàs

*cecinit*